

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

CXXXV. Privilegia Congregationum Benedictinarum pro Congregatione
Bohemiae illiusque membris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

ANNO
1714.
ralium, nec
non cause
præsentis
concessionis.

CLEMENS UNDECIMUS.

545 ANNO
1714.

motheus a Flexia, & Timotheus a Rodena
Diffinitores Generales Ordinis predicti Nobis
nuper exponi fecerunt, ab eo tempore expe-
riencia compertum fuerit, non solum damna,
& incommoda ex eorumdem Discretorum ele-
ctione sublata minime fuisse, sed majora in
gravius Religiosa pacis, & concordie, necnon
Regularis obseruantia præjudicium etiam cum
scandalo, & Sæcularium admiratione emersisse,
ac in dies emergere, ac proinde fratres præ-
dictæ Provinciæ Flandro-Belgiæ eorum Discre-
torum electionem, pro qua plures ne dum
Superioribus Generalibus, & dicto Nicolao Epi-
scopo Cardinali, & Protectori, ac Nobis præ-
sertim in Comitiis Generalibus die 13. Maii anni
1712, in Alma Urbe nostra celebratis supplicaverant,
restituì summopere defiderent. Nobis propterea prædicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apo-
stolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excōmuni-
cationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendū harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, attento etiam voto ejusdem Nicolai Episcopi Cardinalis, & Protectoris, prædicto Michaeli Angelo Ministro Generali, auditis prius, ac visitatis omnibus, & singulis ejusdem Provincia Flandro-Belgiæ Fratribus, ac re serio, prudenter, & diligenter examinata electionem Discretorum hujusmodi, si id Divina gloria, publica tranquillitat, ac regularis observantia incremento in Domino expedire judicaverit, restituendi facultatem dicta auctoritate tenore præsentium concedimus, & impartimur.

§. 2. Non obstantibus prædicti Innocentii Prædecessoris Literis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Provinciæ, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegii quoque, indulis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contraria quibuscumque.

Datum Romæ apud S. M. Majorem sub Annulo Pilicatoris die XIII. Julii MDCCXIV. Pontificatus nostri Anno Decimoquarto.

Preces Ab-
batis Bizeu-
noviens, qui
est Caput Congrega-
tions.

militari nostræ committere dignata est salubriter exequi adjuvante Domino jugiter satagentes Religiosos virös sub suavi Monastice vite jugo vota sua reddere, uberesque bonorum operum fructus adspirante superni favoris auxilio proferre jugiter satagentes, ut eo alacrius pieratis exerciti incumbant, favoribus, & gratiis libenter prose quimus opportunis.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Ottmarus Abbas Monasterii Bizeunoviensis Ordinis S. Benedicti in Regno Bohemiae Sedi Apostolica (ut assertur) immediate subiecti, quod ipse, qui (ut afferit) inter alias prærogativas quibus ex privilegio Apostolico gaudet, caput, & Magister in correctione, & reformatione regularis disciplina super omnia claustra dicti Ordinis in prædicto Regno existentia, existit, tam sibi, ejusque successoribus, quam toti Congregationi, Monasteriis, & Loci prædicti Regni ejusdem Ordinis ejus correctioni, & reformationi subjectis, ut præfertur, necnon filiabus Præposituris, Prioribus, seu Monasteriis eidem Monasterio Bizeunoviensi in eadem Bohemia, ac Kan-Gradensi in Moravia, & Waldstediensi in Silesia existentibus, aliisque prædictæ Congregationi in futurum untiendis, illorumque Præsidentibus, Visitatoribus, Abbatis, Monachis, & personis præsentibus, & futuris, omnes, & singulas gratias, tam spiritualles, quam temporales variis Congregationibus, & Monasteriis concessas, omniaque, & singula alia privilegia, quibus Congregatio Cassinensis alias S. Justinæ de Padua, ejusque Præsidentes, Visitatores, Abbates Superioris, & Monachi, ac persona quæcumque fruuntur, & gaudent, nullo proflus excepto privilegio, etiam speciale requireret mentionem, firmisque remanentibus reliquis iuribus, & privilegiis a prædicto capite Bizeunoviensi Monasterii in dicta Congregatione Bohemiae, ejusque Monasteriis ab immemorabili tempore possessis a Nobis communicari plurimum desideret: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur Congregationem primoditam, quam peculiari paternæ charitatis affectu prosequimus, ipsumque Ottmarum Abbatem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendū harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui dilectum filium modernum Procuratorem Generalem dictæ Congregationis Cassinensis super præmissis audierunt consilio memoratae Congregationi Bohemiae Monachorum Ordinis S. Benedicti, ejusque Abbatii Præsidenti, aliisque Abbatis, Monasteriis, Monachis, ceterisque personis dictæ Congregationis, illiusque membris nunc, & pro tempore existentibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, privilegiis, indultis, aliisque gratiis, tam spiritualibus, quam temporalibus quibus potiuntur, & gaudent Congregationes Cassinensis, & alias dicti Ordinis Sancti Benedicti potiri, & gaudent possint, sine præjudicio tamen aliorum privilegiorum eidem Congregationi Bohemiae a Sede Apostolica, sicut præmititur, alias concessorum, auctoritate Apostolica tenore præsentium juxta petita concedimus, & indulgemus; salva tamen semper in

Concessio
præd. sine
præjudicio
proprietum
Privilegio-
rum d. Con-
gregationis.

Concessio
præd. Mini-
stro Gen. fa-
cta sub certis
conditionibus.

Clausula.

CXXXV.

Conceduntur omnia privilegia Congregationum Ord. S. Benedicti Congregationi Monachorum Bohemiae, illiusque membris in Moravia, & Silesia.

Inn. XII. Conf. ed. 1699. Sep. 24. P. 9. Benedicti-
ni in Austria concessæ fuere gratia spirituales
Congregationis Cassinensis. Eadem conceduntur Con-
gregationi Augustanae a Bened. XIII. Conf. ed.
1725. Maij 4. P. 1. Et Congregationi in Bohemia
Conf. ed. 1728. Oct. 7. P. 5.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolatus officium, quod inscrutabilis divi-
nae Sapientiae, atque bonitatis altitudo hu-

Dat. 6. Oct.
1714. An. 14.

Exordium.

Bullarii Romani Contin. Pars VI.

Zz 3

præmis-

præmissis auctoritate Congregationis memoratum Cardinalium.

Clausulae.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & quo tempore quandcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: siveque in præmissis per quoscumque judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit dictæ Congregationis Bohemie, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficierent expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscripsit, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra ubique habeatur, qua ipsiis præsentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Magorem sub Annulo Piscatoris die VI. Octobris MDCXXIV. Pontificatus nostri Anno Decimoquarto.

CXXXVI.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum & Regul. de primatu inter Clericos, & Laicos, hortumque titulo pro Provincia Bætica Ordinis Minor. de Observ.

De Primatu inter Fratres Discalci, & Eremitas S. Aug. Provincia Mexicana vide Conf. ed. 1705. Dec. 12. P. 6. Et Inn. XIII. Conf. ed. 1721. Julii 5. P. 1. de primatu inter Laicos, & Clericos Reformatos, & 3. Ord. in Regno Sicilia.

Dat. 6. Oct.
1714. An. 14.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Species fa-

cti.

Decretum Congregationis super tribus dubiis, & mandatum San-
ctissimi pro expeditione Brevis.

E Manavit nuper a Congregatione Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita in causa prætentæ consuetudinis præcedentia inter dilectorum filios Clericos Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Provincia Bætica ex una, & Fratres laicos ejusdem Provinciae ex altera partibus vertente Decretum tenoris, qui sequitur videlicet: In causa prætentæ consuetudinis Præcedentia vertente inter Fratres Clericos Ordinis de Observantia Provincia Andalucia ex una, & Fratres Laicos ejusdem Provinciae ex altera de, & super infra scriptis Dubiis, nempe: 1. An Fratres Laici Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Provincia Bætica tam Conventum de Observantia, quam Recollectorum præcedere debeat Fratres Clericos non in Sacris constitutos, quamvis Choristæ sint receptione Juniores, & Laici sint receptione antiquiores. 2. An Fratres Laici denominari debeat Patres, & titulo Re-

verentia frui, prout dominantur, & fruuntur Sacerdotes ejusdem Ordinis, & Provincie, vel potius contenti esse debeant titulo charitatis, sicut Clerici, seu Choristæ ejusdem Ordinis.

3. An si imponendum perpetuum silentium in casu &c. Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita referente Eminentissimo Sanctæ Priscae, Procuratore dumtaxat Fratrum Clericorum informante, ac altero Fratrum laicorum, licet plures intimato, informare recusante, & dilationem petente ad supra scripta Dubia infra scriptum in modum respondendum censuit. Ad primum negative. Ad secundum negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam. Ad tertium affirmative, & amplius hujusmodi causam non proponi mandavit, prout præsentis Decreti vigore amplius non proponi mandat, & præcipit. Romæ 31. Augusti 1714. oblatis subinde precibus Sanctissimo Domino Nostro ex parte Laicorum supplicantium pro suspensione Brevis confirmatorii prædictorum Decretorum editi die 31. Augusti proximi præteriti, & pro nova audientia, iisque per Sanctitatem Suam ad eundem Eminentissimum S. Priscae Ponentem remissis pro relatione precum in prima proxima Congregatione, & per Eminentiam suam relatis in Congregatione habita sub dicto die 28. Septembri dicti anni, eadem Sacra Congregatio decrevit consulendum Sanctissimo pro expeditione Brevis. Et die 29. dicti Mensis facta per me infra scriptum Secretarium de præmissis relatione Sanctissimo Domino nostro in solita Audientia, Sanctitas Sua justis expediri Breve, non obstantibus &c. Cardinalis de Abdua F. Archiepiscopus Nicænus Sec.

§. 1. Cum autem, sicut dilectus pariter filius Dominicus a Jesu Maria prædicti Ordinis Fratrum de Observantia professus, & Provincia Bætica Procurator Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi quo firmius subsistat, Apostolice confirmationis nostra patrocinio communiri summopere desideret. Nos ipsum Dominicum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penit. a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latet, si quibus quomodolibet innovatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratae Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas, firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: siveque in præmissis per quoscumque judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Provincia, & Ordinis hujusmodi, etiam jura mento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

Preces Pro-
curatoris
Provinciae.

Confirmatio
relati Decre-
ti.

Clausula.

Quibus